

receptus; per annos quidem tres et menses¹ sex Romanum gubernavit imperium primo. Transactis vero annis tribus et mensibus sex, Publius Ponpegius, Gagius Ponpegius, Lentulus Ponpegius, Gagius Negius, Cornelius Lucius, Fragimen - panis², Brutus et Cassius, omnes de genere Ponpei, et plures alii Iulium Cesarem Romanum imperatorem in Capitolio XXV vulneribus interfecerunt. Unde viri nobiles et eiusdem urbis plebagii ingenti tristitia sunt commoti pariter et turbati; ipsi omnes interfectores tanti facinoris conscii cum omnibus rebus eorum de urbe exierunt et ad transmarinas partes iter suum direxerunt. Quo facto omnes urbis Rome concives Iulium Cesarem cum ingenti gloria et triumpho sepellire statuerunt. Sicut enim Iulius Cesar erat potentior et sublimior super aliis, qui in universo reperirentur orbe, et honore et magnitudine omnes precedebat, sic statuerunt corpus eius in eminentiori loco ponere.

*f. 33^c. De Iulio Cesare sepulto in cacumine *cuiusdam lapidis in sublimi porrecto.

Sepelierunt namque corpus eius in quodam vase auro et argento sculto, quod in cacumine cuiusdam lapidis mire altitudinis in sublimi erecti posuerunt, ita quod ab aliquo nullo modo posset tangi nec videri. Verum quia quilibet Romanorum principum et virorum nobilium Romanum affectabat imperium, magna lix et discordia in Romana crevit civitate. Audito namque ab hominibus Romani imperii subditis etiam et federatis cum Romano imperio de nece Iulii Cesaris, rebelles extiterunt, Romano imperio tributum dare recusantes. Percipientes autem viri nobiles et tribuni urbis Rome multa incomoda in Romana urbe propter litem accedere, annis duobus transactis post mortem Iulii Cesaris omnes in concordia unanimiter Octavianum nepotem Iulii Cesaris, virum prudentem et sapientem et super omnes concives urbis potentissimum et excellentissimum, et qui omnes nobilitate et magnitudine precebat, Romanum imperatorem constituerunt.

Gesta Octaviani Romanorum imperatoris, qui postea dictus est Augustus Cesar Romanorum imperator.

Eodem vero tempore Augustus Cesar — — f. 34^a. in tranquillitate gubernavit. Alle Reiche, Könige, Provinzen der Erde unterwerfen sich friedlich dem Augustus, als er sie durch Gesandte dazu auffordert. Dann lässt er eine Karte des Erd-

1) 'meses' Hs. 2) Hier steht kein Trennungspunkt in der Hs., wie sonst zwischen den einzelnen Namen. Doch ist nicht anzunehmen, dass Codagnellus den Brutus zu einem Frangipane hat machen wollen, den er hier so köstlich unter die theils wirklichen, theils von ihm erfundenen Mörder Cäsars mischt.